



apud hereticos non panem eucharistiae sed panem luctus et panem subcinericium qui non reuertatur. Proponunt questiones de scribitur et tendent insidias idumgo atq. terreno. Et in omnibus carneo praecepto ri; heresis enim ad galatas inter carnis operas numeratas legimus. Et tunc ostenditur non esse prudentia in domo.

**N**unquid non indie illa dicit dominus perdam sapienter exidumea et prudentiam de monte esau et timebunt fortes tui a meridie ut intereat uir de monte esau. Lxx

**I**ndie illa ut dicit dominus perdam sapienter exidumea et intelligentiam de monte esau et pauerebunt pugnatores tui de thaman ut auferatur homo de monte esau.

**C**um hostis fines tuos possederit et omnes uiri foederis tui inluserint tibi et praeualuerint contra te. Tunc peribit sapientia de idumea et calliditas eius stultitia demonstrabitur; Prudentiam quoque ipse dominus auferet de monte esau id est de montibus seir uel quia urbs idumea in monte sita est uel quia omnis illa regio quae austrum uergens confinis est heremo prae ruptis montibus edita sit. Unde et dicitur; pauerebunt pugnatores tui de thaman quod nos interpretati sumus meridiem. Quomodo autem supra dixeram esau tribus nominibus ap-

pellatumata et plaga regneris quae ad austrum uergit et tribus uocabulis appellatur. darom. theman. naceb. quae omnia iuxta hezechiel. austrum. africanum. meridiemque significant; Postquam uero timerint fortes regni eius qui habitabant in meridie. Tunc interibit uir de monte esau qui et pugnare pro ciuitate et prudentem dare consilium solitus erat. Aliiter; postquam hi qui prius decepti erant conuersi fuerint ad ecclesiam. Tunc ipso domino dimittente peribunt sapientes idumeae qui carnali et terrena sapiebant. Et auferetur prudentia de monte esau quae eleuabatur conscientiam dei et qui prius per esau et idumea dialectica arte pugnant et erant in praesidiis theman quod interpretatur consummatio. desinent pugnare pro magistris prioribus siue quia ante lumen sibi scientiae praemittebant et putabant se esse in meridie timebunt et formidabunt. Ecclesiastico uiro obta nente sophismata eorum in tantum ut nullus resideat qui possit uel regis consilio uel pugnatoris uiribus propheticorum superbia et falso dogmate dimicare.

**P**ropter interfectionem et iniquitatem in fratrem suum iacob operante confusio et peribit in aeternum indie cum staret aduersus quando capiebant